DAVIDIS
ERGA FILIOS INVICTA PATIENTIA

MELODRAMMA

AVCTORE

DOMINICO RENDA PIRGANO

Musicis adaptatum modis

A FRANCISCO BAIADA
Panormitano.

DECANTANDVM

In Oratorio Archiconfraternitatis

SANCTISS. CRVCIFIXI

Feria vj. post Dominicam secundam Quadragesimæ
ANNI IVBILEI M.DCC.



ROMÆ, Typis Ioannis Francisci Buagni. 1700.

Superiorum permissu.

INTERLOCVTORES.

DAVID Rex.

ABSALON)
AMNON) filij.
TAMAR)

CHORVS Ancillarum.

ARGVMENTVM.

A*Mnon filius Dauid cùm adamaret propriam ſororem Tamar, ſe finxit morbo affectum, vt in ſui cuſtodiam, Pater, aſſignaret filiam, quam ipſe cupiebat: annuit innocens Rex Amnonis voluntati, qui poſt patratum cum ſorore optatum ſcelus, fuit ab Abſalone eius germano fratri interfectus, tantis in aduerſis conſiderando* Inuictam Dauidis Patientiam *Auctor operis Argumentum deſumpſit*.



PARS PRIMA.

Am. AMAR? Tamar? vbi es?
Cur me fugis tam ſæuo rigore?
Cur me perdis tam diro furore?
Chara amata dulciſſima ſpes.
Tamar, &c.

Amnon, Amnon infelix:
Dau. Cur infelix?
Ad quid continuè ploras
Dilecte fili mi?
Am. Vident Auroras
Semper rigando genas noſtra lumina,
Et in Oceano luctus ſunt duo flumina.

I.

Lacryme amaræ
Si rigant genas
Si inuitant pœnas
Tamen ſunt charæ.

Nunc ergo fluant
Continuè ruant
Lacrymæ amaræ.

Dau. En Abſalon tuus frater iam feſtinat,
Et Tamar ſoror tua, dic eis tormentum
Forſan dolor vertetur in contentum

Dulce pignus, cordis pax
Fuga pœnas, fuga luctus,
Et doloris inter fluctus
Splendeat lœta amica fax.
Dulce, &c.

Abſ. Rumpe, rumpe moras
Dilectiſſime frater
Et cauſam, qua tu ploras
Tantis precibus pande; hoc optat Pater.

Si qua latet pœna amara
Ah declara,
Ne te perdat ſæua mors.
Dabit pharmacum petenti,
Et nocenti
Nunc reſiſtet fauſta ſors.
Si qua, &c.

Tam. Heù iam triſtis non eſto;

Redde

Redde cordi quietem
Ne ploret Israel perditum Atletem.
Am. Cor meum desine timere
Si timendo non vis continuè flere.
Dauid, Rex, Genitor, frater, soror;
Absque causa non venit noster dolor.
Morbus crudelis morbus
Me sæpissimè insequitur
Et semper timor mortis morbum sequitur
Hæc est causa doloris
piano Tace cor illam amoris.
Dau. Serui accurrite,
Abs. Accurrite Serui
Dau. Accurrite amici
Abs.
Tam. Vt splendeat Amnon sydere felici.
Am. Satis est Tamar soror mea,
Alios non vocate
Et in Tamar; Dauid, Absalon, sperate.
Dau. Custodiat ergo Tamar tuam salutem,
Et Deus det brachio suo tantam virtutem.
Abs. Cadat inermis morbus viuat Amnon.

Post noctem venit dies
Post luctum, spera pacem;
Succedet bello quies
Donabunt Astra facem.
Post, &c.

Tam. Perge inter plumas frater; Amor meus
Inseruiet tuæ saluti, assistet Deus.

Am. Discessit Pater, Absalon euasit,
Quid petis ampliùs cor, pande tormentum
Pretiosum nimis est omne momentum,
Eamus chara soror, Tamar chara.
Iam te socia non est mea sors amara.

Tuæ nigræ pupillæ
Sunt cordis sagittæ,
Sunt charæ scintillæ.
Sunt nimis inuictæ.
Tuæ, &c.

Tam. Amnon, Amnon quid dicis?
Ah recognosce Tamar; time Deum.
Ne te pudet optando amorem meum?
Sic Regiam stirpem Dauidis deturpas?

Fuge fuge cupidinis arcum
Dabit Deus,
Et pudor meus
Petenti varcum.
Fuge, &c.

Am. Quid prodest Tamar fuga?
Vincere, (crede mihi)
Amorem fugiendo, est simplex nuga.

Tam.


Tam. Perge, perge plumas,
Si morbus amor eſt, cum fugis, fugas.

Chor. Ancill. Sola fuga triumphat amoris
Tam. Plorat anima triſtis amando,
Sperat anima mœſta plorando
Dura victima facta doloris.
Chor. Ancill. Sola fuga, &c.



PARS

PARS II.

Tam. Ormenta, dolores,
Suſpiria terrores
Atterrate,
Lacerate
Infandi ſceleris arcam.
Funeſti mœrores
Mei cordis clamores
Vocate
Clamate
Secantem ſtamina Parcam.
Tormenta, &c.

Quò pergis miſera! candorem
Recuſaſti Ducem
Nunc obſcurauit nox virgineam lucem.
Heù nox atra, & funeſta
Crudeliſſimus Amnon,
Perfidiſſima Tamar,
Quos perdit in hoc mare vna tempeſta.
Dau. Tamar? quare ſic triſtis?
Sic contriſtata incedis?
Quid putas? quid credis?

Pande pectoris tormenta,
Ne des victimam dolori.

Nati

Nati pœnæ vel contenta
Sunt communia Genitori.
Pande, &c.

Tam. Aſperſa cinere
Cincta catenis
Perpetuo fletu
Plorabo ſemper
Infelix Amnon
Miſera Tamar.

Dau. Cur tu miſera, cur ille infelix?
Forſan mortuus eſt Amnon?
Ceſſit morbo crudeli?
Tam. Quid abſcondis cor meum?
Patrem times non timuiſti Deum?
Audi, Genitor; audi
Abſalon brachio forti
Tradidit Amnon morti,
Qui priùs crudeli amore me necauit,
Cum ſtolam mei candoris amputauit.

Dau. Deus Iſrael, Sanctus, fortis.
Tam. Grande Numen immortale.
Dau. Qui meum cor tam roboraſti.
Tam. Quod non deſpicis contritum.
Dau. Natos Dauid, quos donaſti.
Tam. Fulmen fac in te ſopitum.

Dau.

Dau. Redde dignos Cœli sortis.
Tam. Firmet pietas cor Regale.
Deus, &c.

Abs. Amnon cecidit, & genas
Tinxit sanguis rubescentes;
Sic nocentes
Obuiant pœnas;
Nec in pectore Absalonis
Sperent gemitus clementes.
Amnon, &c.
Iam debebam vlcisci
Ne fugeret insontem
Tanti sceleris fontem.
Discite nunc ab vno Israelitæ
Vt puniantur scelera sæuite.
Dau. Ah tace nate Dauid, & crudelem
Nec te, nec alios opta;
Scis docere Israelem
In occidendo fratrem,
Heù time, time
Ne tua sæuities quoque irruat in Patrem.
At tibi Regum Regi
Meas soboles commendo,
Nam imbellis per te fortes subegi.

Stirpem Dauidis ne perdas,
Ne disperdas

Cœli

Cœli Rex mei cordis lumen.
Stratum lacrymis rigabo,
Et cantabo
Laudes tibi æterne Numen.
Stirpem, &c.

Abſ. Gerere fortia præclarum eſt
Virtus ſcelera punire
Et qui ſinunt abire
Delictum ſine pœna
Ipſa deberent cingi Rei catena.

Holocauſta furoris mei
Non ſunt Rei;
Sed Iuſtitiæ victimæ cadunt;
Non vocantur ſeueræ vindictæ
Meæ ſagittæ;
Iuſta Numina funeri tradunt.
Holocauſta, &c.

Tam. Tu ſola infelix Tamar
Dauid indigna Proles
Viuis? adhuc viuis?
Et ſenſibus captiuis
Non triumphabis adhuc? ah viuat Deus
Spes mea, Numen meum, & amor meus.

Chor.

Chor. Ancill. Viuit Dominus, Terra lætare
Tam. Me non perdet pietas amica,
Sors non vincet inimica
Proceloſo Mundi in mare.
Chor. Ancill. Viuit Dominus, &c.

F I N I S.

